



# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Exhortationes|| Ad|| Religiosos**

**Dirckinck, Johann**

**Coloniæ Agrippinæ, 1704**

De spiritu & virtute S. Dominici, S. Ordinis Prædicatorum Fundatoris; sub symbolo facis & ardentis & lucentis, mundum illuminantis & inflammantis proposita. Thema. Ipse erat lucerna ardens & lucens. ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-51834](#)

fit in nobis *radix amara* penitentiaz , & odii omnis mundanae & noxiæ dulcedinis : Sit in nobis *solidus trunus*, id est, solidæ virtutes , in omnibus tam profparis, quam ad versitatum procellis inconcussæ . Sit in nobis *ramus olivæ*, pacis, obedientie ac mortificationis. Sit in nobis *folium semper virens*, nitens ac pallens, id est, constantia mentis, nitor conscientiez , demissio animi , omnif-

que gloriæ inanis proscriptio. Sit denique *fructus*, ex quo exprimatur oleum misericordiaz, oleum lætitia, oleum charitatis ; que virtutes si in nobis florierint; erimus tanquam olya fructifera in Domo Dei, id est, Ecclesiaz præsentis ac militantis , ac demum in olivetum *radisi cœlestis*, viore perpetuo vernari, fructuique vita æternæ latiri, transplantabimur.



## EXHORTATIO DE SPIRITU ET VIRTUTE S. DOMINICI.

S. Ordinis Prædicatorum Fundatoris ; sub symbolo facis ardentes & lucentis , mundum illuminantis & inflammantis proposita.

T H E M A.

*Ipsæ erat lucerna ardens & lucens. Joan. 5.35.*



Uemadmodum auctoritatem, praesagia lumina indicarunt. Hoc inter eminet S. Virgo Clara, Virginum Religioarum illustre fidus: cuius Mater Hortulana, partu vicina, coram Christi in crucem iuxta simulacrum, preces ardentes fundens, vocem inaudita Regis ac Messiae signum, annuntiavit ; ita quoque plurimorum aliorum Sanctorum, magnâ sanctimoniaz gloriæ inclytorum, felicem

ortum, inter eminet S. Virgo Clara, Virginum Religioarum illustre fidus: cuius Mater Hortulana, partu vicina, coram Christi in crucem iuxta simulacrum, preces ardentes fundens, vocem inaudita Ne poveas mulier; quia lumen partis gaudium mundum clarissim illusfrabit. Eoque prodigio edocta, natæ infantulæ, in baptismo, Claræ nomen imposuit: ut vita perhi-

perhibet. Sic S. Swiberto, Werdenfi Episcopo, ab illustrissima Matre nascituro, omne cubiculum fulgor insicatus replevit, radiisque irreverberatis stetit, donec infans in lucem editus fuit; Ut inquit S. Marcellinus in vita. Mater S. Willebrodi, Trajectensis Episcopi, noctu in somnis, quasi novam lunam ad plenitudinem perfectam, excrescentem, intuita, à Presbytero religioso intellectu, Filium eius caliginosòs tenebrarum errores, luce veritatis disculsum, & quocunque perrexerit, comitate luminis superni splendore, plenam perfectionis gloriam mundo ostensurum. Ut refert Albinus Flaccus Caroli M. Praeceptor in vita sancti hujus Episcopi. Mater S. Columbani Abbatis, gravida, noctu in somnis, è sinistro sole miro fulgore radiantem procedere, ac lumen ingens mundo assundere conspexit: nimis Sanctus hic, tanquam sol in Ecclesia celo splenduit, secundum illud Debora, Judic. 5. Qui autem diligunt te, sicut sol in ortu suo splendet, ita rutilant. Tertius est Jonas Abbas in ejus vita. Par modo, gloriösus ille Patriarcha Dominicus, mundi lumen, Ecclesiae columen, scutum fidei, Hispania gloria, religiosissima Prædicatorum familia Fundator, & Auctor, dum adhuc materno clausus lateret utero, vidit Mater se qualiter catellum gestare, qui ore faciem ardenter præferebat, quâ utero egressus totum mundum illuminabat & inflammat. Hec sunt Sanctorum magnorum, eorumque operum glorioforum præfagia, quibus Deus quales futuri essent, ante significavit. Quare hoc facis prognosticon, sanctissimo Patriarche

Dominico apprimè convenire, præsenti exhortatione probabimus. Et sicut Joannem Baptitam, lucernam ardenter & lucentem fuisse Christus prædicat, ita nos S. Dominicum facem ardenter & lucentem, mundum illuminantem ac inflammantem exitisse demonstrabimus.

I. Gloriosissimus Patriarcha Dominicus Fax ardens fuit. Bonitati divinæ s. Domini more positum est, ut Viros sanctos, quis in Verbis sui Divini Praecones, ac zelatores animarum elegit, prius igne charitatis & zeli succendar, quam alii prædicando luceant, vel audiendum corda inflammat. Infinuat id Doctor mellifluus, adducto S. Joannis Praecursoris Christi exemplo, qui fuit lucerna ardens & lucens; non vice versa, lucens & ardens: quia Joannis ex fervore splendor, non fervor prodit ex splendor: sunemus qui non è lucent, quia fervent; sed magis fervent, ut luceant: at isti planè non servent chartatu spiritu, sed studio vanitatu. Hac. S. Bernard. serm. de S. Joa. Ita pariter prius arsit cor S. Dominic, quam lingua ignem, lucemque protulit ac longè latèque diffusit: Fax antè succensatuit in corde, deinde foras promicantes, radios luminis evibravit. Verum qualisnam in corde S. Dominic ardor flagravit? Non aliis, nisi ardor triplex ac vehemens, quem in S. Joanne Christi prodromo, suscitatum fuisse ait I. c. S. Bernardus: 1. Ardens enim, inquit, erat in seipso vehementi austritate conversationis. 2. Ardens erat erga Christum, insitio quodam & pleno fervore devotionis. 3. Ardens erat erga peccantes proximos, constanti liber & inven-

Ee 2 pationis.

*pationis.* Eosdem ardores in Divo nostro Dominico, S. Joannis Baptiste Spiritu pleno, reperimus. Nam

1. Sanctus Patriarcha Dominicus, fax ardens erat in seipso vehementi austriate conversationis. Ab hac enim, Sanctorum ferventium mos est, initium ducere; quo carnem spiritui, appetitum rationi, amorem proprium, amori divino subjiciant ac substernant. Hac face, hoc corpus domandi ardore insatiable, inflammatus, quid non austerioris excogitavit? Depexo vilique amictu corpus operiebat; cilicio aspero corpus premebat, catenā rigidā, in carnem ejus se insinuante, corpus strigebat, somnum scabello innitens, aut humi jacentis carpebat; quot noctibus flagello ferreo, filis cupreis intexto, tergus suum exarabat, tantā vi & impetu, ut totus sanguine suōmet purpuraretur. Primam autem flagellationem pro suis; alteram pro proximorum peccatis, tertiani pro redimendis è lustrico igne animabus offerebat: sic cibum sumebat, ut perpetuum jejunare videretur, omni prorsus carne abstinenſ, cibisque esuriālibus dantaxat utens. Tanta perdomandæ carnis eura, viro sancto infederat; probè gnaro, quod terra nisi ferrariet & runcetur, & vitis nisi tondeatur, nunquam copiosas fruges afferat; & ignis nisi prius intus ardeat, nunquam foras per fenestras erumpat.

2. Sanctus hic Patriarcha fax erat, ardens erga Christum intimo quodam & pleno fervore devotionis: Quo ad omnem erga eum amorem & cultum, voluntatemque ejus exequendam erat longe paratissimus. Oleum devotionis, flam-

mam amoris nutrit; ungit tarda grada, & expeditum ad omnia reddit; mentemque deliciae celestibus exhibitat. Quanto devotionis ardore vir sanctus, quanta vi lacrymarum sacris Missarum solemnii operabatur quotidie! Quanto devotionis ardore, sive domini, ve foris, sive sub dio, live sub testo, atque in hospitiis, animum ad Deum erigebat & preces fundebat; sociisque suis ad Deum laudandum, & matutinas preces piissime recitandas excubabat. Quanto devotionis ardore choro intererat, primisque omnium, non interdu solū, sed & noctu ad Psalmos Davidicos decantandos advolabat? Quanto pietatis incendio, orationes, qua continua erant, è corde bullient effundebat; in quibus crebro ecstasis patiebatur, adeoque deliciae celestibus inundabantur; ut inter lacrymas & suspiria, quamvis ipse haud adverteret, à somno frates excitaret? Enimvero colliquebatur amore pectus, adeoque mente excedebat, ac si sensuum usu destitutus esset; & nonnunquam flammā charitatis propellente, sic elevabatur; ut etiam corpus de terra sublatum, in aere pendens tantis inter precandum favoribus à Deo cumulatus; ut ipsémet amico cuidam suo negárit, à Deo se quidquam petíisse, quod non impetrárit.

3. S. Fundator fax erat, ardens erga proximos peccantes, constantiā libera intensionis. Implebat enim Præceptum Apostoli vir sanctus, 2. Tim. 4. 2. Arguit, obserua, increpa in omni patientia. Et ad Titum 2. 15. Argue cum omni imperio. Et Isaiae c. 58. 1. Clama, ne cesses; quoniam exalta vocem tuam & annuntia populo meo

feliciter.

ficta etorū. O quanto ardore clama-  
vit, arguit & increpavit sceleros, zelo-  
sissimus hic Verbi Divini Prædicator?  
Certe vox eius, ut de Elia ait Ecclesiastis  
c. 48. velut facula ardebat: & audi-  
torum corda succendebat: magno fer-  
vore Placentia, Uxama, aliisque in lo-  
cis, in sceleris paſſim gravantia deto-  
nuit: magno fervore Albigenſium hæ-  
reticorum deliria confutavit: magno fer-  
vore & ardore spiritus, libros hæreses  
pele infestos publicè refellit, in arden-  
tem fornacem unā cum libro catholicō  
fidei dogmata continente injecit, li-  
bello hæretico in cineres redacto, catholicō  
autem illæſo. Quare perge, S. Pa-  
ter, fructum referes. Clama ne cefſes, Do-  
minice: nam peccata, hæreses, aliaque  
noxia altè immergeantur, bona ferè in  
superficie natant, nec facilè ad ima defi-  
cient. Clama ne cefſes: sceleris, dog-  
matique perverſa, venena esse cogita,  
qua non hausta tantum; sed tacta etiam  
perimunt: medicamenta verò ut pro-  
flint, combibenda sunt, & sapius iteran-  
da. Clama ne cefſes, prædicta verbum, inſta  
opportunè, importunè, argue, obſecta  
& increpa: noxia sponte naſcuntur, &  
nullā manu ſemina ſpargunt, ad dete-  
riora ſecundus omnis ager: in bonis, o-  
pus est rastro, vomete, ligonibus, ſudo-  
re. Clamavit ſancti, & maximo fructu  
clamavit Sanctus Prædicator Dominicus, non inſtit canis muti ſilens, aut non  
valens latrare: ideoque tot animatum  
millia è vitiorum ſordibus extraxit, tot  
Hæreticorum millia ad Ecclesiæ ſanctæ  
gremium reduxit.

Reverendi Patres ac Charifimi Fra-  
tres, deſideratis & vos vestris exhorta-

tionibus, ſermonibus, colloquiis, cate-  
chesibus, alios ad fidem & pietatem,  
virtutisque ſtudium accendere: prius fax  
ſitis intus ardens; ac poſtea foras flam-  
mas ſpargetis: carbo extinſtus, alios  
minimè accenderet. Ecclesiastes celebris  
ex Divi Franciſci familiā, interrogatus,  
quamobrem conciones ejus tantas in  
auditorum animis flammam non exci-  
tarent, atque Sancti Bernardini, licet  
hic ejusdem Ordinis eſſet & doctrinæ  
ac eloquentiæ minoris? Recte reſpon-  
dit: ſe carbonem eſſe non nihil calidum,  
qui alios carbones nequirit accendere,  
Bernardinum verò carbonem omnino  
candentem eſſe, qui omnia quacunque  
tangeret, accenderet. Hoc idem, cum  
Cicerone Oratorum Principe, conſi-  
mabat antiquitas: Ardeat Orator, ſi vult  
accendere plebem. Ardeat in vobis amor  
rigoris & austeritatis viræ, & alios ad  
ferendos dignos penitentiæ fructus, ac-  
cedentis: ardeat in corde veftro ignis  
devotionis; & aliis, ejusdem flammam  
injiciet. Prius vobismet iphiſ predi-  
cate, vos ipſos arguite & increpare,  
quām alios: veteri enim adagio fertur,  
validiora eſſe exempla, quām verba,  
meliisque doceri opere, quām ſermo-  
ne; exemplo Christi Domini, qui prius  
cepit facere, quām docere.

II.  
S. Domini  
nicus Faz  
lucens.

Vidimus glorioſiſſimum Patriar-  
cham Dominicum, facem extitisse ar-  
dentem, omnia inflammatum; nunc  
videamus facem quodque fuille lucen-  
tem, cuncta illuminantem. Rursum hic  
optimè videmur adaptare S. Dominicuſ,  
quod Doctoſ mellifiuus in ſerm. de S.  
Joan. deprædicat de Christi prodromo.  
Sanctus Christi Domini Baptista: Luxit  
exempla

Ee 3

exempla

exemplo, digito, verbo: & seipsum ostendens ad imitationem; & lumine majus, quod latebat, ad peccatorum remissionem; & ipsa quoque tenebra nostra illuminans. Eadem quoque de sancto Fundatore Dominico verè alserimus: nam

1. Fax hæcluens, luxit exemplo, se ipsum ostendens ad imitationem. Vos estis lux mundi, inquietabat Salvator de Apostolis: & nemo lucernam accendit, & ponit eam sub modio; sed super candelabrum, ut luceat omnibus: qui in domo sunt. Lxx. 11. 33. S. Dominicus lux fuit, non dominus, aut cubiculi; sed mundi universi, fax fuit posita non sub modio, sed in candelabro, ut omnibus, in domo Ecclesie & verantibus lucem praebat. Huc igitur oculos, non lippientes, sed sanos converte, ac faciem hanc, quibus vobis & mundo toti, vita exemplis præluxerit, aspice. 1. Luxit exemplo innocentia, & eximia puritatis, tum corporis, tum mentis: tuam enim virginitatem, & quam primam in Baptismo suscepit gratiam; ad ultimum usque spiritum, integrum illæfamque conservavit. 2. Luxit exemplo humilitatis profundissimæ: quidquid enim in se cernebat boni, totum non sibi, sed Deo attribuebat; virtutes suas, summâ curâ occultabat: infulas episcopales, maiore, quam ali ambiant, studio refugiebat: et si nudis peregrinaretur peribus, ubi tamen urbes pagosque, in quibus spectatores aderant, intraret, calceos resumebat; verbo contemptus omnis erat avidissimus. 3. Luxit exemplo evangelica paupertatis; omnibus enim terrenis se exxit, ut nudus nu-

dum Jesum expeditius sequeretur: & tametsi nobilis stemmate ortus esset, stipem ostiatim cogebat, oblata panis frustula genibus flexis demissè acceptans; & hilari vultu diuanius, q.

Luxit denique exemplo affiduz orationis, singularis in Deum fiducia, peculiaris cultus & devotionis erga B. Virginem Deiparam, in cuius honorem, rotulis devotionem primus instituit, gloriamque ejus pro viribus promovit &c. An non igitur sanctus iste, fax fuit lucida, qua luxit exemplo, se ipsum ostendens ad imitationem?

2. Fax exitit lucens digito; & ostendens lumine majus, quod latebat, ad peccatorum remissionem. 1. Luxit vir ianu digito, dum illustrissimum Praedicatorum Ordinem instituit, promovit, amplificavit, non absq[ue] gravissimo labore, ac maximo perpetuoque rei Christianæ fructu. 2. Luxit digito, regulam divi Augustini, familiæ sua ad obserendum porrigit, ac præclarissimas constitutiones addens. 3. Luxit digito ostendens ordinis suo ejusque religione, lumine majus, Christum Dominum, ad peccatorum remissionem, agendamque de delictis in seculo perpetratis, penitentiam. 4. Luxit digito ostendens iidem lumine majus, quod idemdem, tanquam verum iussit sol, pullia quilini, irretorto oculo intuerentur, & virtutum ejus radios fulgidissimos, iidem illustrandi atque inflammandi in se reciperen. 5. Luxit digito, ostendens quoque & suis & toti mundo luminare minus, Beatissimam scilicet Virginem Mariam, Matrem gratia, pecca-

peccatorum Advocatam , ad delictorum remissionem , & gratia copiose impetracionem . 6. Luxit digito , dum Prullianum , Carcassam , Tolosamque inter situm , elegit , in eodem Monasterium nobilibus Virginibus recipiens exstruxit , & eisdem certam religiosè vivendi formulam prescrispsit . 7. Luxit denique Sanctus Dominicus digito , tot Ordinis sui Filios glorio-  
ficos , lucis sua radiis alliciens & attrahens , ac Christo gignens . Hac ejus luce illustratus fuit Sanctus Thomas Aquinas , Ordinis Prædicatorum lu-  
men , totiusque Ecclesiaz Catholicaz Magister . Hac luce illuminatus fuit Sanctus Petrus Martyr , fidei Defensor , malleus Hereticorum . Hac luce per-  
fusus fuit Sanctus Hyacinthus , Confes-  
orum Sanctorum speculum . Sanctus Vincentius Ferrerius sua ætatis Apostoli-  
lus , Sanctus Antoninus Archiepiscopus Florentinus , Sanctorum Prelatum exemplar , Sancta Catharina Senensis , tot tantisque favoribus à Sponso suo JESU Christo cumulata : Sancta Rosa Virgo Limana in Peru , omnium virtutum odore fragrantissima . Tace-  
mus innumeros alios , Filios & Filias ejus spirituales , qui haulte ab ipso Patriarcha suo , virtutum splendore in Ecclesia Dei , firmamenti stellas æ-  
quane , ac mirè radiant , Martyres , Confessores , Doctores , Episcopi , Car-  
dinales , Summique Pontifices : nec non Moniales , quæ ejus virtutum ful-  
gore perficte , suæ florem virginitatis illibatum servârunt , muliebri-  
tate infirmitatem vicerunt , & in cor-

pore mortali , vitam cœlestem sunt æ-  
malatae . Quis igitur his perperis , Virum sanctum , digito luxisse , ad ostendendum luminare majus in remissionem peccatorum , negaverit ?

3. Fax fuit tunc verbo , & ipsa quæ tenebras nostras illuminans . Lucebat Sanctus Dominicus , Ecclesiastes ac Verbi divini Præaco zelosissimus , verbo , quæ lux ex ardore promicabat : Lucebat verbo peccatoribus , oculos eis aperiens , ut scelerum suorum fœditates viderent . Lucebat verbo , tenebras Hereticorum illuminans ; eumque in finem , solis instar mundum circum-  
eundo illuстрans , singula obibat op-  
pida , pedes , & quidem nudus , absque calceis , omnia pertrumpens obſtagula , cuncta spernens pericula , amore Dei ac proximi , totus inflammatus , & Martyrii desiderio succensus : quæ in expeditione , decenni labore , sudore , fatigacione , prædicatione , instruc-  
tione , innumerarumque ærumnarum to-  
lerantia , id obtinuit , ut sanctissimæ  
vitæ sua , cœlestis doctrinæ , ac mira-  
culorum splendore , perstricta , ad centum animarum millia , hæsi ejuratæ , resipoerint , atque ad vera Ecclesiaz gremium , postliminio reverterint . Domino cooperante & sermonem confrin-  
mantem , sequentius signis , ac miraculo-  
rum splendoribus , dum ægri sanantur , Dæmones fugantur , mortui resuscitan-  
tur , aliisque innumera prodigia pa-  
trantur .

Reverendi in Christo Patres , Fra-  
tresque Charissimi , num Sanctum Do-  
minicum , Ecclesiaz Atlantem , æterni-  
tatis

tatis fatorem , mundi facem ac lucem , orbisque universi reformatorem , imitari , atque instar tubæ Evangelicae mortales ab interitu ad vitam sempiternam revocare desideratis ? Videte ut sitis ante *fax ardens* ; sic eritis quando *fax lucens*. S. Dominici exemplo prius docete facto , quam verbo : nam ut ait Sanctus Gregorius : *Doctrina cum omni imperio docetur* , quando prius agitur , quam dicitur , nam doctrina subtrahit fiduciam , quando conscientia præpedit lingam.

Quæ cùm ita sint R.R. PP. ac FF. Gloriosissimi Patriarchæ Dominici exemplo , studeamus , ut simus *Fax ardens* , & quidem 1. Austeritate conversationis , corpus ejusque cupiditates ac passiones strenue domando ac subigendo ; ne fortè cum aliis prædicamus , ipsiusmet reprobemur. 2. Simus *Fax ardens* , intimâ erga Christum devotione , voluntatis propriæ resignatione , nos totos ei offerendo , ac orationis , pietatisque exercitiis nos ei uniendo. 3. Si-

mus *Fax ardens* , constantia liberæ interpretationis , peccatores arguendo , hortando , increpando , atque ad veritatis agnitionem & vitæ emendationem eos adducendo. Hac ratione si arcerimus , mox lumen erumpet : erimusque 1. *Fax lucens* , exemplo , viæque pandemus ad imitationem , puritatem , humilitatem , castitatem , paupertatem ac ceterarum virtutum. 2. *Fax erimus lucens digito* , multa pro Dei gloria & animarum salute scribendo & agendo. Ac denique 3. *Fax lucens verbo* , quando tenebras peccatorum , hereticorum , & infidelium dissipabimus , quam plorimos ad Ecclesiæ sanctæ gremium ab errore revocabimus ; nec miracula virtutum deerunt. Atque idcirco , cum S. Dominico , alisque Doctoribus ac Virbi divini Præconibus , tanquam stellæ ardentes & lucentes , tanquam stellæ scintillantes , in perpetuas æternitates , coruscabimus.



EXHOR-